



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Judiciis. Titvlvs Primvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

**S**i aduersus confessionem in iudicio à se factam, laxa ecclesia beneficium restitutionis in integrum, intra quadriennium ab ipsius confessionis tempore computandum; petere negligenter omittat: non est (ut si aliquid rationabile appearat, quod aliud suaeferit faciendum) ad hoc petendum ulterius admittenda. Vbi vero per viam communem revocationis erroris, quem in facto prætentit, vult aduersus suam confessionem ecclesia se juvare: hoc quandocunque poterit, donec negotium sit finitum.

DE ARBITRIS.  
TITVLVS XII.

CAP. I.

*Si ex tribus arbitris duo concordent in summa, tenet illorum sententia; si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.*

Bonifacius VIII.

**S**i ex tribus arbitris, te duo in decem, & tertius in quinque condemnant, debet sententia prævalere duorum. Licit cùm unus in XV. aliis in X. tertius vero in quinque pronunciant: illius, qui dixit de summa minori (cùm in illa omnes concordes existant) sententia efficax conseratur.

CAP. II.  
*Si ex tribus arbitris unus nolis examinando vel definiendo suo interesse, duo procedere poterunt, ac si ille præfatu esset. Cui judices autem antiqua iura serventur. Joan. Andr.*

Idem.

**V**T quæstionibus (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent ad dictis) finis celerius imponatur: Statuvimus, ut li exibus arbitris à patribus electis, eorum aliquis ab aliis legitime requisitus ad examinandum vel definendum eam eis negotium, super quo in ipsis existit compromissum, non curaverit (cessante impedimento legitimo) convenire: duo præfentes, penes quos (līcet in eis aliud innite videatur) totalem eo calu removet decernimus potestatem, possit (malitia seu voluntas illius absentia non obstante) dictum examinare negotium, & libere definire, sicut possit illo præfente, ac volente, cum eis in unam sententiam concordare a se ipius absentia præsentia repleta divina cum report faciat pro præfente. Circa judices vero antiqua permutamus immutari.

a. *Vid. Bart. in Lit. f. 100v. b. item f. 100v. f. 101v.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SEXTI DECRETALIVM  
LIBER SECUNDUS.  
DE JUDICIIS.

TITVLVS PRIMVS.  
CAPITVLUM I.

*Judex delegatus non habens ad hoc speciale mandatum à Papa, non potest compellere partem, ut personaliter coram eo compareat: nisi ex rationabili causa. Joan. Andr.*

Innocentius IV. in generali Concilio Lugdunensi.

**D**VRIS esse ambiguum non videtur, judicem delegatum, (qui à fede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale), iubere non posse alterum partium coram se personaliter in iudicio comparare. Nisi causa fuerit criminalis a, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumnia faciendo, vel alias juris necessitas partes coram eo exigerit personaliter presentari.

CAP. II.

*Mulieres personaliter ad iudicium (quacunq; causa in jure non expresa) invito trahenda non sunt: sed si necessarium sit ipsorum testimonium in causa, judex expensis producent interdum ab, interdum mittet: & judex fraudulenter vident, excommunicatus est. Mulieres religiose etiam volentes, extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt: quod contra prædicta sit, est iritum. Joan. Andr.*

Bonifacius VIII.

**M**ulieres b. squas vagari non convenient, nec virorum ceteris immisceri) auctoritate literarum se-

a. *Vid. Bart. in l. pen. 9. ad crimen. f. 2. de pub. judic. Fon.* b. *Vid. Bart. f. 100v. de proc. l. ser. v. C. de jud. & l. ser. f. 1. de reg. iur.*

dis Apostolica, vel legatorum ipsius, aut aliquo genere, ad judicium personaliter evocari, vel trahi a causa causa ferendi testimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur) prohibemus. Sed cum necessarium fuerit testimonium earundem, iudex (in expensis pars proditionis easdem) tabellionem aut aliam personam vocem ad eas transmittat: vel si forte talis causa occurrit quod iure prohibente, receptione taliū alteri committi non possit: iudex a tunc propter hoc personaliter ad illas vocat, aut (si talis sit persona judicantis conditio) quod id per ipsum non deceat fieri, vel non possum) mittat ad eos proviso quod causa hujusmodi (videlicet ut iudex vadat personaliter) non fingatur: nec fraus interveniar in hac parte. Alioquin fictio hujusmodi vel fraudator, ipso factio sententiā excommunications incurat.

Ceterum sciminz religioꝝ, prefectum que debet sub clausura morari b, extra suum monasterium vel clausuram non vocentur ad iudicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si hoc voluntas accideret earundem. Decernimus quoque ut ipso iure si remittat & inane, si quid contra præmissa contingit attenuat.

a. *Al. sita presatus iudex proprii hoc, &c. b. causis utr.*  
b. *hoc licet. V. l. 1. f. 1. de in jure voc. l. ser. v. ad cuius f. 1. de aliis. & c. b.*

CAP.

## CAP. III.

**M**ajor XIV. anni, per se & per procuratorem, potest agere & defendere causam spiritualis: minor XIV. per se non agit, sed pro procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinari ecclesiastici judicis: & etiam delegata ad causas illas. Filius filius sine patre afferens agit causam spiritualis. b. d. Ioan. And.

Idem.

**S**i annum quartumdecimum tuus peregrini statas, in beneficiis & aliis causis spiritualibus, necnon & dependentibus ab eisdem, ac si major XXV. annis existes, ad agendum, & defendendum, per te, vel per procuratorem a, quem ad hoc constitendum decreveris, admitti debabis. Si vero intra XIV. annum existas, per te agere, aut defendere non poteris super ipsis: sed vel per tuum Episcopum, vel per officiale eiusdem, tibi curator dabitur ad lites hujusmodi exercendas: aut tu ipsa (si major infantis fueris) cum auctoritate alterius eorum procuratorem ad eas poteris depudare. Delegatus etiam Apostolica sedis, & subdelegatus ab eo, tibi (si non habecas) curatorem dare valeant, vel auctoratem confirmandi procuratorem praefare, ad illas causas, vel lites diuinatae, quae coram ipsis fuerint ventilanda. In hujusmodi quoque litibus sive causis, quasquam in potestate patris existas, & ne illas absque ipsis afferens, in iudicio regulariter esse possis (cum de ipsis se intromitteren habeas) nequaquam requiri debet afferens.

## DE FORO COMPETENTI.

## TITULUS II.

## CAP. I.

**A**rchiepiscopus omnis appellationis articulo, vel per viam querela, de causa fiducitorum suffraganei, etiam ipsi consentientibus, non cognoscit. h. d. usq. ad 4. Neg.

Innocentius IV. c

**R**omana ecclesia: & infra. Nec appellationis articulo prætermisso, nec alias etiam, (cum minime appellatum extiterit) Reuen. Archiepiscopus vel eius officia d. de causis clericorum tanquam judices (sicut in ipsis iudeis clerici de facto consentiantur) absque dioceſanorum suorum voluntate cognoscant.

**A**rchiepiscopus subditos suffraganeos non potest compellere causas delegatas ab eo suffisere, sive sententias & præcepta exequi, vel testimonia in causis ad eum devolutis fore: nisi consuetudo aliquid diffinat. h. d. Dominicus.

Neque suffraganeorum ecclesie subditos ipsorum delegationem suscipere, vel sententias & præcepta exequi, aut in causis per appellationem devolutis ad eos, testimonium (nisi alius in his tribus de coniunctudine obtinet) perhibere compellant.

**A**rchiepiscopus contra officiales, vel prælatos suffraganeorum (coniunctudine alii non disponebant) & contra subditos ipsorum, pro salario ad vocatorem & procuratorem causam fors Archiepiscopi, iudex competenciam est. h. d.

Nec etiam suffraganeorum ipsorum officiales, aut Archidiacones, Archipresbyteros, & alios inferiores prælatos, suffraganei eisdem subjectos (dummodo alius eis contraria confundito non tribuat) nec subditos suffraganeorum ipsorum, super salario ad vocatorem & procuratorem in causis (quae in Remen, ventilantur curia) cogant querelantibus in sua præsenzia respondere.

**A**rchiepiscopus non complicit invito contrahentes aliarum diocesum, in sua propria coram se responderet: nisi ibi inveniantur. Sed si citas vobis comparere, vel malitiose se occultant, no ci-

a Nota, ubi non minor legitimè potest interesse judicis, sive potest confidere procuratorem. Vid. I. C. si de momenti passus. Font.

b Vid. e. indecorum de stat. & qualit. c In quadam manu-

nibustur Imp. III. d alii, officia-

tenus, in bonis ipsorum sua diocesis potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam. b. d.

Contrahentes vero aliarum diocesum, super contrahibus initia in Remensi diocesi ab eisdem (nisi inventantur ibidem), trahere coram se non debent invitati: licet in possessionem bonorum, quae ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati a compatrio contemnunt, possunt missionem facere contra eos: vel (si forte malitiosi seipso occultent, ne citatio perveniat ad eos) decernere faciendam in possessionem bonorum, quae in alia etiam dioecesi obtineri noscuntur: sed tunc loci dioecesanum ad denunciationem ipsorum facit hujusmodi missionem.

Non potest archiepiscopus suos clericos mittere in diocesum suffraganei, ut coram ei sicut contractus, vel iam facti approbentur. Nec si facti vel approbati fuerint coram ipsis, possunt suffraganeorum subditos coram se compellere litigare super illis, ne excommunicare suffraganeorum officiales vel subditos, si nolunt litigare coram ipsis. b. d. ad finem secundum Domineum.

Nec clericos suos mittant ad suffraganeorum ipsorum dioceses pro incundis vel recognoscendi contrahibus coram ipsis. Nec corundem suffraganeorum subditos compellant coram se occasione hujusmodi iuri stare. Neque potest Archiepiscopus ipse in suorum suffraganeorum officiales & subditos (pro eo quod vocati ab ipsis, nolunt querelantibus in sua præsenzia respondere) ecclesiasticam exercere cenitum.

## CAP. II.

**I**udex secularis, qui vult clericum compellere ad debita (etiam liquida) solvenda, per ecclesiasticum judicem desistere compellatur. Ioan. And.

Bonifacius VIII.

**S**eculares & judices, qui (licet ipsis nulla competat jurisdictione in hac parte) personas ecclesiasticas ad solvendum debita (super quibus coram eis contra ipsas earum exhibentur litera, vel probations alia inducuntur) damnablem præsumptionem compellant d. à temeritate hujusmodi per locorum ordinarios, censura ecclesiastica decernimus compendendo.

## CAP. III.

**R**atione juramenti laicorum (ut illud servet) coram judice ecclesiastico convenitur.

Idem.

**C**Vm C. laicus (pro quo solvisti certam pecuniam quantum titatum, in qua pro eo te fidejussorio nomine obligaveras) te servare recusat indemnum, contra juramentum a se præstitum temere veniendo: Ipsum coram ecclesiastico judice (ad cuius forum ratione juramenti causa hujusmodi cognitione noscitur pertinere) de jure poteris convenire. Ut ipsum mitione præmissa, per cenitum ecclesiasticam e, quod te super prædictis (ut teneatur) servet indemnum, prævia ratione compellat.

## DE LITIS CONTESTATIONE.

## TITULUS III.

## CAP. I.

**P**eremptoria litis contestationem non impedit: nisi sit de causa finita. Ioan. And.

**I**nno. III. in concilio Lugdun. Eceptionis peremptoria, seu defensionis cuiuslibet, principalis cognitionem negotii continet.

a Vid. l. sed interpellatus. s. i. ff. de arbitrio. b. al. sciorum. c Vid. que late tradit Alex. confl. s. l. c. d. dicit Pet. de Anol. quod ipsi laici facti hujusmodi probatibus fine sententia compellebant clericos per sua statuta, unde nos. quod sicut sententia non artis non subditum, ita etiam flatuta. c. fin. supr. dict. s. confl. e. Non ergo potest capere personam aut res coram. Dicit. Pet. de Anol. dicit. Eym.